



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

Heerbrand, Jakob

Tvbingæ

VD16 H 960

III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36573

perhibentur, quo hostium frangant animos, terrorem
eis incutiant, in fugamque vertant. Quod & de alijs quibusdam
populis dicitur. Vides igitur, Hispanie, natus
es, & ab arte alienus, quam facile me extricare
tuerim e tuis labyrinthis, & nodos soluerim, quorum
opinionem mihi circumdederas, insolubiles. Hinc etiam
patet, nulla esse absurda, quæ ipse meæ affingit de-
bitioni, quod ex hac sequantur.

III.

Tertiam assignat causam, & vociferatur Hispanie
cur noluerim secum de Idololatria differere: quod
si quis aliqua non intellexerim. Ad quædam etiam, ab ipso
producta, non responderim, quædam leuiter attigerim.
Similiter à Gersono definitionem Idololatriæ posuit,
à me probatâ. Itæ ad id quod differuerit, suâ definitio-
nem à Gersonis nihil differere. Quibus addit: Certum
sum etiam, istum minimè hæc comprehendisse. Vnde
facile intelligatur, facultatem meam, sicut & collegi-
um meorum ad intelligendum, & ad differendum, valde
esse debilem. Quæ causa sit etiam, cur vel titulum
ipsum de Idololatria, ab initio exhorruerim. Et quæ sit
hanc sententiam plurima buccinator suarum laudum.

Quid hic primum dicam, quid vltimum dubito.
Priusne mirer eximiam & transmarinam Hispani eru-
ditionem, acumen ingenij, & vim planè diuinam, in dis-
serendo subtilitatem, quam pauci assequi possint. An
verò meam deplorem miseriam, qui adeò infelici sum
ingenio, & rerum Theologicarum expertus, vt subli-
mem istam de Idololatria materiam, ne quidem crassa
illa, quam saniores riserunt Ethnici, intelligam. An quod
verum

non est in isto gloriae animaliarrogantiam, tantumque
 humani saeculi supercilium, & non humanam, sed plane
 diabolicam in isto admirer superbiam, qua ambitiosissi-
 mus Pharisaeus Esauita semet admirans, reliquos om-
 nes praese ex alto despiciens, & superbe contemnens.

Et quidem, quod ad me attinet, libenter agnosco in-
 genij mei tenuitatem; sed tamen gratias Deo meo ago,
 pro talento in me collato, quod me fecerit organum
 salutariae suae Ecclesiae, ac spero gratiam ipsius in
 me, & laborem meum, non esse irrita in Domino, scioque
 me ipsi grata, & Ecclesiae eius salutaria dicere & fa-
 cere. Quod ad meos collegas: scio, multos superbissis-
 simo ac stolidissimo isto Hispano longe antecellere, non
 solum vera animi pietate, modestia, & veritate, sed eti-
 am solida eruditione in omnibus partibus Philosophiae,
 laude Eloquentiae, cognitione rerum sacrarum, studio
 pacis, & alijs Theologicis virtutibus, quarum ne micam
 quidem in hoc gloriae mancipio est videre.

Ut enim cetera iam taceam omnia, de quibus in hoc
 Scripto, si copiosus esse velle, quanta, per Deum immor-
 telem, mihi offerretur dicendi occasio: quantum hoc sit
 mendacium, quod plenis buccis, & velut inflatis folli-
 bus spirat: Gersonis definitionem Idololatriae, quod
 repetit homo insanus, a me probatam: id causa pri-
 us demonstratum est.

Quod vero non ad singula ipsius praecedenti meo
 Scripto respondi, consulto a me factum est, idque Hispani
 ipsiusmet exemplo, qui hoc sibi permisit, quod in-
 que etiam confessus est, dicens: Omnia persequi, in-
 stitutum esset. Item: Non vacat omnia persequi. Et, Breui-
 tati causa, multa praetereo. Sed quod ipsi fuit veniale

C mihi

mibi mortale fuisse iam video. Nec etiam opus esse hinc dicauit, sicut nec adhuc, ad singulas ipsius ineptias respondere. Et ad hoc augiæ stabulum expurgandum, vix duo aut etiam ters sufficerent Hercules. Quis vero adeo improbe vrget, vt ad singula etiam præcedenti libri, Confusionis nempe, Confutationis dicendum respondeam, agere morem geram aduersario improbo. Iam quod titulum Disputationis, qui scopum continebat de idololatria, obijcit me exhorruisse, bone Deus quanta Hispani vanitas, quis typhus, quæ præsumptio bestia istius: Egone, nugiuende Titulum illius exhorruis impudens. An non enim in mea Disputatione per Propositiones plures: Tum etiam in Spongiae folia quatuordecim, hoc solum ago, vt quid esset, quo consisteret Idololatria, docerem? & quidem perlixius, quàm velles Iebusee, declarauit. Postea, vt tibi responderem, tuæque refutarem, ad species descendendum mihi erat, tua sequutus Scripta. Id enim ordo, ratio, ratio à te propositæ requirebant, cum tu ordine & in specie tractandum suscepisses, & probandum, per capita peculiariora, Neque in mortuorum inuocatione, neque in Eucharistia, Statuarum, & Imaginum, neque etiam Reliquiarum, hoc est, ossium cadaverinorum adoratione, Idololatriam à vobis Pontificijs exerceri.

Vide igitur, quanta in te sit improbitas, quanta infantia, quanta vanitas, quanta rerum verarum penuria & inopia, quod his destitutus, iam in quarto Scripto ad istas nugas delaberis, vt hoc nomine mecum expostules, & etiam insultes stolidè. Non habens veritatis solidi quicquam ampliùs, Patronus turpissimæ Idololatriæ confusus, quod mihi obijciat, ad puerilia impudens

enda magis se conuertit, ne silentio victum se esse
atur. Hic scilicet mihi tacendum fuerat, nec in lu-
producentia, imò prostituenda, turpissima istorum
ornatio, quã in mortuorum inuocatione, & statuas
um, &c. adoratione exercent excæcati Idololatræ, vt
scilicet triumphandi haberet materiam. Et hoc est,
quod Hispanum cū suis pessimè habet. Hic, cum aliud
non habeat quod respondeat, ineptire me dicit, hæc qui
scribam, quæ ipsi publicè agunt in templis suis magno
boatu, vt cõcamerata remugiât. Sed hoc vlcus est, quod
tangi nolunt, hinc laborant, & dissimulare conantur. Vt
cum quis in parte corporis inhonesta laborat, & crus
vel tibiam fascijs obligat. Hinc illæ tuæ lachrymæ,
Hispane futilissime. Pudeat itaq; tandem te harum
narum ineptissimarum ineptiarum,

III.

Quia ego in meo scripto, quarto locò, Hispani ab-
surdum recensui: ipse quoq; sua opinione, absurda ex
meis mihi obijcere conatur, quæ ne cumulem, inquit, si
rem facere voluerim, O te hominem absurdissimum,
audiamus itaq; quænam illa sint. Vota, inquit, ab-
surditatis vsurpata, Ceremoniam veteris legis fu-
it dixit, quæ nihil ad nos magis quàm Circumci-
& Sacrificia Iudæorum pertineant. Hoc scili-
absurdum est absurdissimum, & Paradoxon, sed
oculis Pharisaorum Pontificiorum. Nisi enim
absurdum esse sentirent, absurdissimè isti facerent
absurdissimi, vouentes votum coelibatus sui impu-
tanti: quòd tanti tamen Hypocritæ isti faciunt san-
cti, vt popularis Hispani, frater Petrus à Soto, in sua